



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistol. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

IN EPISTOL. XIII.

Hæc epistola licet careat inscriptione in m. s. patet tamen ex epistola II. esse item ad Carolum Magnum scriptam. in qua quoque finis die esse videtur.

IN EPISTOL. XV.

B. Martino seruiantibus) scripta est ad fratres Turonenses: fol. 37. v. 14. quod patet ex illis: In loco, in quo elegit sibi requiem dulcissimam. Nam Turonis sepulchrum S. Martini fuisse miraculis consuetum, & non semel à Carolo M. orationis causa frequentatum, patet ex Eginbaro.

EPISTOL. XVI.

Non exprimitur, cui inscripta sit hæc epistola. Sed scriptam ad Ethelbrethum Episcopum Haugustaldensem, disertè ait Willielm. Malmesbur. de Pontif. Angl. lib. 3. Accæ, Fredebert; ei Tilbert: ipsi quoque Ethelbreth successit. Ad hunc & congregationem eius est epistola Alcuini, in qua inter cætera dicit: O nobilissima progenies sanctorum patrum, illorum honoris venerabilisq; vitæ successores & pulcherrimorum habitatores locorum, vestrorum sequimini vestigia patrum: ut de his pulcherrimis habitationibus ad horum, qui vos genuerunt, æternæ beatitudinis consortium peruenire mereamini. Post Ethelbrethum tres tantum Episcopi Haugustaldensi fuerunt: Herdred: Eambertus: Thiffriddid. Exercitus enim Danorum, qui iam tempore Alcuini metuebatur, veniens, habitatoribus extinctis vel effugatis, habitaculorum tecta succendit. Hæc Malmesb.

De his pulcherrimis habitationibus) De Haugustaldensi fabrica, quæ Romanam magnificentiam æmulari velle videtur Malmesbur. ibid. Haugustaldehem vocatur locus quinquaginta ab Eboraco milliaribus disparatus, fisco regio famulatur.

M m m m 3

batur,